Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Gene

que eos ysaac pacifice in loco suo
ium. Eccce autem in eodem die uene
runt serui ysaac annuntiantes ei
de puteo quem foderant atque dixerunt
Inuenimus aquam. Vnde appellau
eum habundantiam. et nomen ciui
impositum est bersabee usque in pre
sentem diem. Esau uero quadragesi
marius duxit uxores duas iudith fi
liam beeri. et hethei. et bersamath filiam
elon eiusdem loci que ante offende
rant animum ysaac et rebecce. XXVII

Senuit enim ysaac
et caligauerunt oculi eius. et
uidere non poterat. Vocau
que esau filium suum maiorem et dixit
ad eum. fili mi. Qui respondit ei
Assum. Cui pater. Vides in quid de
cremerim. et ignorem diem mortis
mee. Sume arma tua pharetram
et arcum. et egredere foras. Cum que
venatu aliquid attuleris. fac mihi
pulmentum ut comedam et bene
dicat tibi anima mea. ante quam mo
riar. Quod cum audisset rebecca.
et ille abisset in agrum. ut iussione
patris expleret. Dixit rebecca fi
lio suo iacob. Audiui patrem tuum lo
quentem cum esau fratre tuo et di
centem ei. Affer michi de uenatio
ne tua et fac cibos ut comedam. et
benedicam tibi coram domino antequam
moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce
consilio meo et pecora ad greges
affer michi duos edos optimos. ut
faciam ex eis escas patri tuo. quas
libenter uescitur. Quos cum attu
leris et comederit. benedicat tibi ante quam
moriatur. Cui ille respondit. Ecce
quod esau frater meus iste pilosus
sit. et ego lenis. Si attrectauerit me
pater meus et senserit. timeo ne fur
te putet me tibi uoluisse illudere.
et inducat super me maledictionem
pro benedictione. Ad quem mater.
In me sit ista maledictio fili mi.
Tantum audi uocem meam. et pe
rge affer que dixi. Et abiit et at
tulit. dedit que matri sue. Paratque illa
cibos sicut nouerat uelle patrem
ipius. et uestibus esau ualde bonis.
quas apud se habebat domi induit
eum. Pelliculas que edorum aruum
dedit in manibus eius et collo nuda pro
cexit. Et dedit ei pulmentum et pa
nes quos coquerat tradidit ei. Qui ob
latus dixit. Pater mi. At ille respon
dit. Audio. Quis es tu fili mi. Dixit
que iacob. Ego sum esau primogenitus
tuus. feci sicut precepisti mihi.
Surge sede et comede de uenatione
mea. ut benedicat mihi anima tua
Rursum ysaac ad filium suum
Quomodo inquit tam cito inuenire
potuisti. fili mi. Qui respondit. Vo
luntas dei fuit ut cito occurreret
mihi quod uolebam. Dixit que
ysaac. Accede huc ut tangam te fi
li mi. et probem utrum tu sis filius
meus esau an non. Accessit ille ad
patrem et palpato eo dixit ysaac.
Vox quidem uox iacob est. Sed ma
nus manus sunt esau. Et non co
gnouit eum. quia pilose manus
similitudinem maioris expresserat
Benedicens ergo illi ait. Tu es fi
lius meus esau. Respondit. Ego
sum. At ille. Affer michi in quid
cibos de uenatione fili mi. ut bene
dicat tibi anima mea. Quos cum